



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Assassini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

## ASSASSINI.

**A**ssassini hodie non reperiuntur in illo genere, in quo disponitur in *c. de hom. lib. 6.* quia illi erant soli, & quidam Pagani, seu Sarraceni, seu Agareni, sub ditione, vel vasalli cujusdam domini, qui sibi persuadebant, esse opus notabile, & heroicum interficere aliquem, quem suus dominus juberet, quomodocumque & quacumque causa ille imperaret, imò non esse omittendum id, quamvis opus esset interfici, Navar. *c. 27. num. 135.* Sylvest. *in ver. assassinus, n. 1.* Ang. *eo verb. initio.* Armil. *in eo ver. Et in verb. excommunicatio, c. 67.* Gloss. *in d. c. 1. in verb. formidantem.* Hinc fit hodie, non incurri pœnas impositas in illo *c. nisi pœnas temporales, prout narratur in tex. ista est communis sententia.* Covar. *lib. 2. c. 20. n. 9. ver. 1. 2. & 3. var. resolut.* Sylv. *loc. cit. n. 2. §. 1.* Navar. *loc. cit.* Capyc. *decis. 112. §. 155. n. 22. §. 25.* quidquid dicant Angel. *loc. cit.* & Diaz. *in pract. crim. can. c. 91.* nisi intelligent assassinum in proprio significato, *ut sup.* & Ægid. Bos. *in tit. demand. ad homic. n. 16.* Aret. *conf. 164. col. 16.* Joan. And. & Arch. *in illo cap.* & hoc nomen assassinum non reperitur expressum in jure civili, cum non sit nomen artis, sed per æquipollens sit mentio de eo, *l. non solum. §. si mandato. ff. de injur. Bald. in l. non ideo minus, C. de accusat. Vide Gem. in d. cap. & Joan. And. in c. pen. de cler. non resid.*

Hinc oriuntur multæ decisiones in praxi. Prima, quòd hodie quoad pœnas temporales omnis qui occidit, vel man-

dat occidi aliquem mediante pecunia, est assassinus. Capyc. & Covar. *locis citatis, Gram. conf. 1. de for. jur. n. 59.* Secunda, quòd persona occisa sit Christiana, Bos. *ubi supra, n. 22.* & Covar. *ubi supr. ver. 30.* secus si esset Sarracenus, Paganus, vel infidelis. Sylvest. *loc. cit. n. 2.* Tertia, quòd cõprehendit quinque genera personarum mandantis, etiam non secuto effectu, in quò devenit sit saltem ad ætatum insultus, vel vulnerum, Bos. *ibi n. 16. in fine, receptantis, defendentis, & occultantis.* Dubium est de quinto, scilicet de mandatario, an incurrat dictas pœnas. Bos. *loc. cit. n. 13.* tenet partem affirmativam, Covar. *lib. 2. n. 9.* idem affirmat, licet dubitet, & Bos. *tit. de foro comp. n. 141. Et de offic. corrupt. n. 7. & Cov. loc. cit. c. 20. n. 10. Et in Clem. si furiosus, 2. p. §. 1. n. 9.* Diaz. *loc. cit. ex Aret. in conf. 165.* & aliis Doct. tenet partem negativam, quam etiam sequuntur Armil. & Sylv. *loc. cit.* Ego autem in foro interiori censerem cum secunda opinione: ratio est communissima, quia in pœnalibus non facienda est extensio, & etiam in foro ecclesiastico; secus verò in foro laicali, quia ibi mandataris, accepta pecuniâ, vel promissa, vel alio quopiam nomine dicitur assassinus. Capyc. *loc. cit. n. 22.* Novell. *de jur. proz. in §. 2. n. 90.* Vinc. de Franc. *decis. 176. per totam.* extat Pragmatica regni edita à Cardinale Grâvellano Prorege, exordiens (Inogni tempo.) faciunt quæ dicuntur per Gl. *in c. sciant cuncti, in ver. alios, & Gem. ibi ver. nota istam glossam, de electio, lib. 6.* & quæ dicuntur in *c. falicis, de penis, lib. 6.* ubi explicat, & an quando mandataris incurrat pœnas, & qui per alium

alium facit. Quarta, quod clericus delinquens in hoc delicto, est ipso facto degradatus, adeo quod iudices seculares possint procedere contra eum sicut contra laicos, absque ulla degradatione, Diaz loco citato, Covar. pract. q. c. 32. n. 2. v. 1. in ult. Foller. in addit. ad Maran. 4. p. dist. 2. n. 76. Paris de Put. de iudic. in ver. inquisitio, capit. 3. n. 13. & 14. Covar. loc. citat. ver. 1. in ult. qu. 4. p. & Boss. de foro comp. n. 142. Boer. decis. 69. n. 18. Guid. Pap. q. 138. num. 5. & Boer. decis. 69. n. 17. ubi dicit, quod clericus ter monitus, etiam trina monitione generali, & incedens in habitu, & tonsura, habetur pro degradato, quod congruit cum sacro Concil. Trident. sess. 14. capitulo 6. de reformat. ubi dicit sufficere monitionem per edictum publicum. Quinta, quod clericus mandans, vel faciens unum ex articulis predictis non excommunicatur, nec incurrit aliquas censuras, capit. quarrenti de verb. signifi. ista conclusio patet ex dictis, & ex omnibus Doctoribus citatis, & ex Covar. loco cit. vers. secundo, & Cajet. in sum. verb. assassinus, & in ver. excommunicatio, capitul. 16. de aliis concomitantibus vel requisitis in assassinio, vide Boss. & Capyc. & alios criminalistas.

Dubitat quando fiunt banna, seu indulta, ut quicumque interfecerit talem assassinum, vel diffidatum vel bannitum, vel contumacem, gaudeat indulto vite, vel lucretur tantum preemii, utrum hoc liceat sine peccato mortali? Respondetur ex Sylvest. loc. cit. n. 3. §. 3. & in ver. homicidium, 1. n. 7. §. 3. Angel. loc. cit. numero 2. ubi dicunt, quod sic, modo fiat

zelo iustitie, Sot. lib. 5. qu. 1. art. 3. de iust. & iure. non satis videtur admittere hoc, immo reprehendit Venetos hoc facientes, tamen concludit, quod ubi fieret purgata conscientia sine odio, & iracundia, licere, vide Fel. in cap. que in Ecclesiasticum n. 14. de constit. Boss. de for. comp. n. 142. & ut. de heret. n. 29. & tit. de defen. reorum, n. 63. idem affirmat & loquitur de iure canonico, fundans se in d. c. 1. de homic. lib. 6. ergo licet in conscientia, quia ius canonicum precipue respicit animam, c. ut animarum, de constit. lib. 6. & ibi Gozad. n. 2. & infra, vide Bal. in margarita. Inn. in ver. excommunicatus, ubi dicit, quod licet occidere bannitum, etiam extra territorium bannientis, Abb. in c. 1. n. 9. de convers. infidel. vide Covar. libro 5. §. homicidium, vers. sed nunquid.

#### AUCTORITAS.

PRIMO. Auctoritas sacre Scriptura potest allegari in causis c. 1. & ibi, Gem. de re iudic. lib. 6. Secundo, an idem sit de auctoritatibus Sanctorum, vide Iter. in pralud. feud. 46. & 47. & Innoc. in c. cum venerabilis, n. 6. de except. Tertio, de dictis Theologorum, Philosophorum, Historicorum, Proverbiorum, & aliorum rationabilium dictorum, vide Melchior. Canon. tract. de loc. Theol. & Doctores in l. 1. si certum petatur Bar. ibi a n. 13. & infra Abb. in c. estote, n. 2. de neg. iur. Fel. in c. 2. char. ultima, de rescrip. & in c. ne innitatis, de constit. Barbat. in c. 1. de offic. deleg. Anani. conf. 62. Præpositi. in proem. decr. Quarto, & an possit allegari ratio naturalis, & sufficiat? vide Abb. in c. ratio nulla